



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Avitus Conf. 17. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Heu! cur erubescis confiteri, quod facere nequaquam erubuisti? Melius est coram uno aliquantulum ruboris tolerare, quam in die iudicij coram tot millibus hominum gravi repulsâ denotatum tabescere. S. Aug. de Visit. Inf.

S. AVITUS CONF. 17. Iunii.

O Stendi utique A V I T U M Deus mundo voluit, cui tantam nascenti lucem circumfudit, quantam humani oculi ægrè paterentur. Ipse tamen latebras querivit Miçianensi monasterio abditus, magni nominis famam adeò non affecans, ut nullo se libentiùs quam bruti vocabulo compellari audiret, præter spem votumque ad honoratiora munia productus, fugam iteratò iniit, & inter nemorum avia mapale molitus, sibi Deoque vixit. Sed illum nocte intempestâ caelesti radiantem luce subulcus reperit, nullo magno viri incommodo, nisi in eam usque diem elingui, & multo signo crucis loquendi facultatem dedisset: quid enim ille prolixius postea, quam sui medici laudes loqueretur? Ejus præconio proditus, tertiam fugam parabat, nisi Præsulum auctoritate motus, boni publici rationem privatis commodis potiorem habuisset. Ex inter vallo cœco lumen, mortuo vitam reddidit, quibus rebus adeò populorum adversus

Bb

cum

386 VITÆ SANCTORUM. 18. Iunii.
eum accensa studia sunt, ut Aurelianenes
Dunensesque mortui exuviis inhian-
tes, propè ad arma venerint. Jam castra
castris opposita stabant, concursumque
fuerisset, ni Leusus quispiam summo ge-
nere vir furentes monuisset, ne crudeli-
pietate Divum offenderent. Ultinam pa-
ri studio pro virtutibus certaretur, quas
in medio positas nulli invidet nobilissi-
mas sine dubio omnium Reliquiarum.

Ex Surio.

*Uperiorem fructum præbet audientibus
Sanctorum vita, quam miracula: Illa exi-
git imitationem, ista ingerunt admiratio-
nem: miracula docent quam sancti fue-
runt; vita verò insinuat, qualiter & nunc
homines fieri valeant sancta. S. Pet. Dam.
l. 1. ep. 19.*

S. LEONTIUS M. 18. Iunii.

Vespasiani ayo, Leontius militiæ
artibus clarus Christianæ pietatis
pœnas dedit, Arcadio mite Cæsaris in-
genium in virtutum excidium incitan-
te. Datur Hypatio negotium hominis
comprehendendi; is in procinctu febre
corripitur; quâ se non antè levandum,
Angelo docente, intelligit, quam Deum
Leontii supplex inclamasset. Di-
ctum, factum; et si ne sic quidem cru-
dele ministerium deseruit; sed cum
Theodulo Tripolim Leontio im-
minens abiit. Enimvero non refugit cap-
tatores.